

310 agedum vicissim, Syre, dic quaē illast altera ?

SY. adducimus tuām Bacchidem. *CLIT.* hem quid ? 70
Bacchidem ?

echo sceleste, quoō illam duci' ? *SY.* quoō ego illam ? ad nos
scilicet.

CLIT. ad patrēm[ne] ? *SY.* ad eum ipsum. *CLIT.* ő
hominis inpudentem audaciam ! *SY.* heus
non fit sine periculo facinu' magnum nec memorabile.

315 *CLIT.* hoc vide : in meā vita tu tibi laudem is quaesitum,
scelus ?

ubi si paullulum modo quid te fugerit, ego perierim. 75
quid illo facias ? *SY.* at enīm . . . *CLIT.* quid "enīm" ?
SY. si sinas, dicam. *CLIN.* sine.

CLIT. sino. *SY.* ita res est haec nunc quasi quom . .

CLIT. quas, malum, ambages mihi
narrare occipit ? *CLIN.* Syre, verum hic dicit : mitte, ad
rem redi.

320 *SY.* enīmvero reticere nequeo : multimodis iniurius,
Clitipho, es neque ferri potis es. *CLIN.* audiundum hercle 80
est, tace.

321^a [*CLIT.* quid est ?]

SY. vis amare, vis potiri, vis quod des illi effici ;
tuom ēsse in potiundo periculum non vis : haud stulte sapi ;
siquidem id saperest velle te id quod non potest contingere.

325 aut haec cum illis sunt habenda aut illa cum his mittenda
sunt.

harum duārum condicionum nunc utram malis vide ; 85